



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi**

**Puente, Luis de la**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

Cap. IX. Magnum fructum facit Abulæ in multis personis insignis virtutis

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43347**

ximis familiaritate occurrētes: & gaudebat, cūm  
occurrerēt: vt hoc exēplo eos existimaret, ad li-  
benter similes occasiones amplectendas: vt ita in  
perfectiōe crescerēt, sicut ipse ex eis proficiebat.  
Omniū, quæ in hoc capite retulimus, præclarissi-  
ma exēpla videre licebit, cūm referentur particu-  
laria, quæ gessit in varijs locis, in quibus fuit.

## CAPVT IX.

## MAGNUM FRUCTUM FACIT

*Abula in multis personis insi-  
gnis virtutis.*



VONIAM DEO D.N. (cuius a sapiē- ANNO  
tia attingit à fine vsque ad finem forti- 1559.  
ter, & disponit omnia suauius) omnes a Sap. 8.11  
omnium prouinciarum, ciuitatum, ac  
locorum Ecclesiæ, & totius mundi  
spirituales necessitates sunt notæ; imò & ipsa ta-  
lenta ac facultates Operariorum suorum Euāge-  
licorum perspectas habet: solet particulari sua  
prouidētia eos in diuersas partes mittere, ad mes-  
sem animarū colligendā: assignando vniciq; il-  
lorū locū, ex quo possit copiosiore fructū colli-  
gere: & ipsemet amplius prospicere: quāuis inter-  
dum ex occultis suis iudicijs alteri horū, interdū  
alteri plus attendat. In quem modū, post aduentū  
spiritus Sācti, assignauit vniciq; Apostolorū Re-  
gionē ac Prouinciā, ybi esset Euāgeliū prædicatu-  
rus: S. Petrus missus est Romā; S. Ioannes in Asiam;  
S. Iacobus in nostrā Hispaniā; alij ad alia regna &  
insignes ciuitates, in quibus magnū fructum col-  
legerunt, magnosq; labores subierūt, seminantes  
eam semētem, quæ postea per alios discipulos, eò  
perue-



peruenientes, copiosum protulit fructum. Eandem etiam Prouidentiam habuit Deus D. N. erga reliquos operarios, Apostolorum successores; & similiter erga Patrem nostrum Balthassarem: qui non absque caelesti consilio ministeria sua erga proximos exercere coepit in Abulensi Ciuitate qua praeparatam habebat Deus segetem multam valde, maturam ad messem. Nouem annos ibi mansit, exercens magno labore Ministri Collegij Officium. Illud enim Officium & Collegij pauperis & egeni incommoditas ipsum obligabat, ac prospiciendum reliquorum necessitatibus, suorum oblitum: praecipue quod ferè semper tulit super se totum gubernationis pondus. Toto enim illo tempore non nisi duo fuerunt Rectores; Pater Dionysius Vazquez, qui mansit sexquiannum, & Pater Gaspar Salazarius, qui tantum per nouem menses: eò quòd sancta Obedientia ad alia eorum loca migrare iussit: in quorum absentia gubernauit Pater hic Balthassar Collegium reliquo tempore, licet semper cum titulo Ministri. Et praeter hoc etiam audiebat Confessiones saecularium ad illud templum accedentium; eratque assiduus in Confessionalij; & quando opus erat, etiam exibat ex Collegio ad agendum cum illis de salute animarum. Adeoque fuit in hac re strenuus, ut notabilem fructum in multis fecerit; praecipue in alijs quibus, quos Deus ad excelsos Sanctitatis gradus elegerat. Et quoniam boni discipuli (ut ait Apostolus) sunt b. corona, gloria, & gaudium sui Magistri; nec exiguum testimonium prudentiae, sapientiae, & sanctitatis eius, qui docuit, ac direxit illos ad eam, quam ipsi habebant consequendam

Philip. 4. i.



non erit abs re ad ostendendum magnum spiritum, & facultatem Patris Balthassaris Alvarez ponere in hoc capite, & in aliquibus sequentibus magna quedam, & memoranda discipulorum eius in schola perfectionis, in qua insigniter excelluerunt: siquidem Deus voluit hanc ei gratiam facere, vt tales haberet tā in ipsa societate, quā n extra illam; faciens vt eius verba essent (vt Ieremias ait) *c quasi ignis, & quasi malleus*: vt igne deuotionis corda emolliret, malleo verò mortificationis cum summa dexteritate eos dolaret, ac poliret; vt ex ijs, quæ referemus, apparebit.

PRIMUM in ea tunc ciuitate erat non paruus proborum Sacerdotum numerus, quos collegerat, sibi que coniunxerat Magister Daza, vir insignis virtutis, vt in adiuuandis animabus pauperumque necessitatibus subueniendis ipsum adiuuarent, non solum in ipsa ciuitate, sed etiam in tota illa Diocesi. Sed statim atque sanctitatem & feruentem Patris Balthassaris spiritum animaduertit, vt erat humilis, voluit S. Ioannem Baptistam imitari, suos discipulos mittentem ad Christum. quare & ipse suos illos Sacerdotes ad hunc Patrem misit, vt cum illis ageret, eos dirigeret, & animaret. Quos hinc Pater interdum conuocans adeò excelsè tantoque feruore de Deo colloquebatur, vt per multos dies motus ille in eis perduraret. præscribebat enim illis poenitentiam, quam exquerentur; & vitæ rationem, quam seruarent: & semel in septimana ad Confessionem ad ipsum accedebant, reddētes suarum conscientiarum rationes: & sic euaserunt viri magni exempli, agnoscentes & publicantes insignia Dei

G dona;



dona, quæ sanctus hic Pater haberet ad animas dirigendas: idemq; agnoscebât reliqui, cum quibus ipse agebat, & nominatim Augustinus Oforius, vir nobilis & egregius, cuius ægro tatis P. Balthassar confessionem exceperat, quem conualescentē idem Pater in propria domo visitans, tanta vi & feruore spiritus cum eo egit, vt ipsum vicerit, vt extraordinariã quandam vitæ mutationē faceret, ita vt viueret tanquam aliquis Religiosus, & semper se occuparet in operibus misericordiæ: cumq; postea scamnum intueretur, in quo vterque sederat, admirans dicere solebat: si scamnum hoc lingua esset præditum, dicere posset, quàm alta & excelsa, quantoq; spiritus feruore S. Pater Balthassar mecum fuyit locutus. Plurimum etiam iuuit Franciscum Salzedium, quem S. Mater Theresia de Iesu adeò in suo libro laudibus extulit: appellabatq; Equitem Christianum, eò quòd didicisset Christianam perfectionem cum legibus Nobilitatis coniungere, præscindens in suis moribus quæcunq; mundus habet Christo Domino contraria.

SE D multò adhuc magis iuuit Franciscum Guzmaniu filium Mosen-Rubi Braccannotij, primi Patroni insignis cuiusdam Sacelli illius ciuitatis: qui Franciscus, cum magnos haberet Ecclesiasticos redditus ex Pensionibus & Beneficijs Curatis, habitu tamen sæculari utebatur, & ipsos redditus expēdebat in Equis, in ornatu vestium, & in alijs multis rebus huius mundi, non sine scandalo eorum, qui illum nouerant. Huius cor Deus potenti sua manu tetegit, & in virum alterū permittauit. Nam consilio Patris Dionysij Vasquez Col-



Regij Nostri Rectoris, cui conscientia suarum rerumque suarum ratione reddere voluit: statim Ecclesiasticum induit habitum & Curatis Beneficijs renunciauit, reseruans sibi ex diuersis Pensionib. mille tantum ducatos: quorum exigua parte in proprios vsus expendens, reliquum in pauperes distribuebat. Factusque Sacerdos coepit cum magna deuotione, & animae suae profectu sacrum Missae celebrare. Sed quonia paulo post praedictus pater Rector ad locum alium migravit: coepit cum Patre Balthasare agere, cuius verbis cor eius inflammabatur, & ad pia, & sancta opera, quae faciebat, vehementer exstimulabatur. Solus plane cum vno puero ambulabat; nec alium famulum, aut domesticum vllum, & multo minus foeminam, in domo sua habebat. Studuit valde abstinentiae: etiamsi prius de magna voracitate gloriari soleret: semper occupabatur in operibus charitatis; ipsemet pauperibus infirmis ministrabat; medicum ad eosdem accersebat, aut ad eius domum ipsemet accedebat portans sub pallio vitra urinaria, vt praescriberet, quid cum aegrotis esset agendum: accidebatque saepe: vt eum in eius domo vna, & altera hora expectaret, donec rediret, aut ex lecto surgeret: id quod ipse cum magna animi tranquillitate faciebat: magna enim eius charitas patientiam illi hanc praestabat; & similiter cibum ipsum ad aegrotos portabat; nunc praeparatum & coctum, nunc incoctum; & interdum ipsemet ad macellum ibat, vt carnes pro aegrotis pauperibus emeret. Et cum post mortem fratris sui factus esset sanctae illius Ecclesiae Canonicus: non tamen rationem vitae,



aut occupationes pias deseruit, sed nouam potius diligentiam adiecit, redditusque qui ex ea dignitate illi accreuerant, expendebat in subueniendo Monasterijs, Hospitalibus, alijsque priuatis pauperibus, qui humani pudoris causa non mendicabant, etiam si necessitate & indigentia premerentur. Et aliquo anno curam gerens plus quam trecentorum pauperum, tantas fecit expensas, ut eius redditibus perpensis videretur impossibile, nisi Deus prompto eius animo faueret. Habuit etiam ipse aliquos morbos, quibus Deus ipsum ad maiorem perfectionem promouit. Et quamuis Balthassar etiam inde discessisset, non tamen negligebat etiam absens eundem, quomodo poterat, literis datis consolari & iuuare, inter alias autem literas, has aegrotantis spiritui valde commodas Metinae dedit.

12. Octob.  
1507.

Et si verear, ne V. D. tantum ex morbis suis sciam proficere, quantum ipse Dominus desiderat qui committit: ubi tamen cognoui: D. vestram eiusdem fuisse aut etiam num esse valde defatigata, id tantae mihi fuit consolationi, ut omnes meae occupationes non potuerint impedire, quod minus eam his literis significarem: Aperi, mi Domine, oculos, & in his morbis agnosce pignus tenerrimorum aleissimi, viscerum erga te, nolentis impunitos manere defectus eius, quem ipse amat; nec contentus es quod is animam suam solam cruci affixam ob continentiam crucifixi filij eius memoriam, & commiserationem veterisque hominis mortificationem, qua prauas suas propensiones & passiones iugulet: sed vult praeterea, ut serui sui corpus etiam cruci affigatur: ut si c. fiat magis iuxta cor ipsius, euadatque similis Christi



Christo Domino, qui totus fuit semper in cruce, Auidè magnaq; cum animi lætitia exspecto istius Visitationis & crucis fructum. Cùm igitur Deus D.N. sit, qui plantã suam colit, & curat, si fructus erit maior, quàm V. D. credidisset, aut sperare potuisset: illũ cum egentib. illũ cõmunicet. interim curam hãc in me recipiã, vt Patres, & Fratres nostros incitẽ ad orandũ Maiestatem diuinã, ne peccata vestra tantũ fructũ impediãt; eamq; sanitatẽ tribuat, quæ ad maiorem ipsius gloriam cedat.

HANC Epistolam hĩc volui ponere: tum, vt appareat sanctus Zelus & cura continua Patris Balchassaris erga spirituales suos filios, etiã postquam ab eis discedebat: tum quòd in eadem depingat ipse vitam & exercitia pij illius Domini, quibus ascendit ad perfectionẽ per hosce tres gradus: memoriam scilicet & compassionem Christi Domini crucifixi; mortificationẽ veteris hominis & prauorũ morũ ac passionum; & ipsummet corpus aliquibus pœnis affectum, laboriosis primum exercitijs ministrando pauperibus; ac dolore & defatigatione priorũ morborũ, vt magis conformis euaderet exẽplari Sanctitatis ipsius Christi Iesu, iuxta illud Apostoli: *d. semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferimus, vt* d. 2. Corint. 4.10. *vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.*

VALDE cupiebat vir ille ingredi Societatem: sed non obtinuit, eò quòd multa bona faceret in ciuitate. Sed cùm voti sui compos non fieret in vita: voluit, qua ratione licuit, id obtinere morte; venit enim ad nostrum Collegium, vbi sanctè occubuit & in templo nostro sepultus fuit. Tam moriturus dixit, se valde consolatum mori, scien-



tem se iturum ad fruendum Deo: & beata illa Mater Theressa de Iesu testata est, se vidisse eius animam ab Angelis perduci ad gloriam.

EVNDEM in modum agebat P. noster Balthassar cum aliquibus alijs precipuis ciuibus: praescribés cuilibet eā vitæ instituendæ rationē, quæ ita ac eorū maximè quadraret, ita illā eorū cordib. infingens, vt diu & cum seruore in eis maneret.

CVIDAM cui nominatim suafit, vt omnibus ferijs secundis confreretur, & cōmunicaret: quod ille exactè seruauit, ne quidē mutato die per triginta quatuor annos, & ampliùs, quibus postea vixit: tantam ille fidem adhibuit verbis sancti sui Cōfessarij. Et hac via insignia dona à Deo accepit in anima; imò etiam in corporis, & temporalibus necessitatibus diuinam prouidentiam est expectatus. Nā cum Abulæ solet esse seuerū frigus & aliquādo nec ligni truncū domo haberet, & familia aliās esset ampla, aliquoties euenit, vt ad ostium domus, currus lignorū exoneratos inueniret: id quod ipse orationibus tribuebat boni sui patris: qui bonum aliū numerū habebat piarum & exemplariū foeminarū, in quibus etiam faciebat notabile fructum. Harum vna fuit Domina Giomar Vllota, quæ cū nouemdecim esset annorū, vidua remansit: cumq; esset aliās pulchra cupiebat ab alijs etiam talis haberi, ideoq; se ipsam exornabat, vt elegantior appareret. Cœpit hæc agere cum Patre Balthassare: cuius verba tantā apud eam vim habuerunt, vt obtinuerint, quod aliās, quasi impossibile iudicabat: vt scilicet obliuisceretur mundi, & elegatiarum, ac insolentiarū eius: serioq; traderet sese Dei seruitio, à cuius benigno fauore magnum

faculi



fructu huius pompæ contemptū impetrauit: ita ve  
etiam famulos dimitteret, & cū maioris esset  
etatis sola iret ad Ecclesiam. Et hac via magna ob-  
tinuit à Deo beneficia: cuius est proprium, hono-  
re afficere eos, qui ipsius amore se ipsos contem-  
nunt; & solatia cælestia illis largiri, qui renunciat  
terrenis. Hunc spiritum cupiebat Pater Balthasar  
imprimere cordibus Dominarum, quæ ipsi confi-  
tebantur: addēs illis animum, ut proprijs delictijs,  
& nimijs pompis renunciarent: & quæ ad id ani-  
mum non habebant, deserebant eius Confessio-  
nale, nolētes ex eius ore audire, quod volebant à  
se ipsis impetrare, ut facerent. Reliquæ autem li-  
bentiùs eū audiebant, & gaudebant, se ita instrui,  
ut suos excessus exuerēt, qualis fuit quædam Dei  
serua nomine Anna Reyes: quæ P. Balthassar mal-  
leo mortificationis tanquam incudem tutudit, &  
apertit: quæ solebat dicere, quod solo aspectu ipsam  
Pater mortificaret; grauisq; ac seuerus eius vultus  
quæ ille interdū ei ostendebat, sufficere sibi ut in-  
telligeret, an aliquid in ipsa esset, quod ipsum of-  
fenderet: & statim reformabatur. Omnes enim  
nouerant, displicere ipsi, ægreq; ferre, quod habi-  
tus exterior non responderet internæ recollectio-  
ni, cui studebāt: dicebat enim illis interiora, & ex-  
teriora debere vnà incedere. Benè experta fuit hæc  
Dei serua fructū mortificationis, quam ipsi indi-  
xit, & in qua multū ipsa inuit bonus Cōfessarius:  
per eam enim magnū consecuta est suarū passionū  
dominiū, pacē, & serenitatē magnā in rebus om-  
nib⁹, & excelsū orationis donū: quia ipse Dominus  
per ordinarias cōparationes docebat illā diuino-  
rū attributorū celsitudinē cum admirādis myste-  
riorum



riorum fidei illustrationibus ac sensis; & nominatim ipsius Christi crucifixi; in cuius conspectu longo tempore hærebat in oratione, quam seueram etiam poenitentia comitabatur.

## CAPVT X.

ABVLAE IVVIT MARIA M

*Diatiam in heroicis eius virtutibus; & fuit mutua quadam & utilissima inter eos conferentia circa quinq; patiendi fontes.*



D in quo maximè eluxit P. Balthassar in Abulensi ciuitate, fuit auxiliū, q̄ præstitit duabus insignib. foeminis, quæ eo tēpore cū raro virtutis exēplo illi fuerūt. Quarū altera fuit Maria Diatia, cuius sãctitas fuit valde nota ac celebris in eo loco; & hucusq; eius memoria durat; dignaq; est, quæ perpetuò inter fideles perduret, vt ex eius heroicis exēplis fructum capientes erubescant, quod paupercula quædam rustica, quasi a stellio (vt Salomō dixit, & S. Gregorius expēdit) *manibus inuitēs* eò cōscēderit, vt *raretur in adibus Regis*, nō terreni, sed cælestis, cōuersationē suam continuā habēs in cœlis: ipsi verò habentes præstãtiores dotes ad ascendēdum & volãdū, hæret in infimo terrenis suis affectionib. vincti. Fuit pia hæc mulier valde foelix; quod P. Balthassarem accesserit; à quo plurimūm fuit in hoc suo ascensu adiuta: sed & ipse Pater foelix fuit, quod illa ad ipsum venerit: nam & ipse fuit feruen-

a *Prou. 30.*  
28.

lib 6. *Moral.*  
cap. 5.